



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.  
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.  
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos  
Cardinales &c. Libri VI**

**Baronius, Justus**

**Mogvntiae, 1605**

Epistola VIII. III[ustrissi]mo Et Rev[erendissi]mo D. Cæsaribaronio Sorano  
S. R. E. Cardinali Ivstvs Baronivs Veteracastrensis S.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)

## EPISTOLA VIII.

ILL<sup>mo</sup> ET REV<sup>mo</sup> D. CÆSARI BARONIO Sorano S. R. E. Cardinali

IVSTVS BARONIVS VETERACASTRENSIS S.

**L**VS I primum meum ad vos iter, febris malignitate abruptum. Quam vtrum equorum iactationes, vel curruum quassationes, vel diuersorum pultarij conciliarint, anceps sum. Id certum, vitæ hæctenus sedentariæ insuetas commotiones haud parum infestas fuisse. Tempus & modum à magno illo AVGVSTINO mutuatus sum, qui & ipse quondam à *Manichaorum* scholis ad Catholicos transitum meditans: <sup>a</sup> Placuit inquit, mihi, in conspectu tuo Domine, non tu multuose abripere, sed leniter subtrahere ministerium lingue mee nundinis loquacitatis: ne ulterius pueri meditantes, non legem tuam, non pacem tuam, sed insanias mendaces, & bella forensia, mercarentur ex ore meo arma furori suo. Et opportunè iam paucissimi dies supererant, ad vindemiales ferias. & statui tolerare illos, ut solenniter abscederem, & redemptus à te iam non redirem venalis. Consilium ergo nostrum erat coram te, coram hominibus autem nisi nostris non erat: & conuenerat inser

a August.  
lib. 9. con-  
fess. cap. 2.

ter nos ne passim cuiquam effunderetur. Et nō nullis interpositis: <sup>b</sup> Peccasse me inquit, in <sup>b</sup> *ibidem.*

hoc quisquam seruatorum tuorum fratrum meorum dixerit, quod iam pleno corde milita tua, passus me fuerim vel una hora sedere in Cathedra mendacij. At ego non contendo. Verum tamen quia propter nomen tuum quod sanctificasti per terras, etiam laudatores utiq; haberet, votum & propositum nostrum, iactantia simile videbatur, non operiri tam proxi-  
 feriarum tempus, sed de publica professione atque ante oculos omnium sita antè discedere, ut conuersa in factum meum ora cunctorum intuentium quam vicinum vindemialium diem praeuenire voluerim, multa dicerēt, quod quasi appetissem magnus videri. Et quo mihi erat istud, ut putaretur & disputaretur de animo meo, & blasphemaretur bonum nostrum? Hęc *S. Augustinus* magnum illud orbis Christiani lumen, quæ ego totidem verbis (ut parua magnis comparem) de me dicta velim. Nam nec ego ante statas paschatos ferias, ne cum tumultu desiderarer, nec non nisi cum amicis communicato consilio, ne  
<sup>c</sup> *circulum turbarent* οἱ ἐν αὐλαῖς κρᾶσις, iter meum capeflere volui. Nihilominus ut  
<sup>d</sup> *Paulum olim ac Silam è Mysia in Bithyniam ire properantes, prohibuit spiritus Dei, sciens articulos & opportunitatis temporum,* <sup>e</sup> *disponensq; omnia suauiter:* Ita mihi, cum

<sup>c</sup> *Archimedes apud Plutarch. in Marcell. d Act. 16. 7*

<sup>e</sup> *Sap. 8. 8.*

f. August.  
 l. 5. confess.  
 cap. 9  
 f. Apoc. 12.  
 f. r.

hi, cum iustam videndæ urbis horam nondum affulisse videret, remoram<sup>f</sup> a gritudinis corporalis iniecit, ut<sup>q</sup> per tempus, vel remora, vel dimidium temporis, MOGVNTIAE (quo potissimum mens aspirat) tyrocinijs fidei completis, instructiorem postea atque affluentiorem Romæ Sanctis Apostolis cultum exhiberem. Successum spero tu, magnam decus & præstium meum, apud Deum, Pontificem, Archipræsulem Moguntinum votis tuis exorabis. Ita me totum tuæ commendo & committo fidei. Plura febris ingrauescens non finit. Vale longissimè. Augustæ Vindel. 11. Calend. Iunij. M. DCI.

## EPISTOLA IX.

CLEMENS PAPA VIII.

IVSTO BARONIO VETERA-  
canstrensi. S.

*Dilecte Fili, Salutem & Apostolicam  
 benedictionem.*

**M**IVS voluptatis nobis attulerunt litteræ tuæ, Augustæ Vindelicorum datæ, quam certè attulissent, si de tua exterioris hominis prospera valetudine ea audiuissemus,